



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè
proponuntur

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066391

Stimulus 4. Occasionum & mediorum plurima opportunitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45462

tia, huicque secundum proportionem memo-
ratam etiam cœlestis gloria.

Videant ergo Mortales, quām parci, quam-
que sobrii esse debeant dispensatores temporis &
vitæ suæ præsentis, & rursus quām avari & insa-
tiabiles conqueritores gratiæ & gloriæ Divinæ,
tempore vitaque præsenti: quibus solis duranti-
bus & impensis, illæ acquiri possunt & augeri:
quibus solis elapsis & finitis acquiri nihil amplius
& augeri potest per omnem æternitatem. Quæ
nec vitæ, nec temporis particulam, quantum
bet minutam, parvi quisquam æstimet, aut otio-
sè (id est sine merito & augmento Gratiæ aique
Gloriæ) elabi sibi permittat: sed totum quidquid
ei de utroque superest, in mercatum Gratia Glo-
riæque, & lucrum convertat.

Stimulus IV.

Occasionum & Mediorum plurima Oportunitas

Non sunt tot occasiones lucente sole oculis ad
videndum, quot sunt bonaæ opportunitates
menti nostræ, ad benè, sanctè, meritorie, fru-
ctiferè operandum. Etsi enim oculus illumina-
tarum rerum plurimas videat, tantum tamen il-
luminatarum consortio seu conspectu potitur,
quæ autem luce non perfunduntur, hæ oculis
non subjacent. Similiter quæ ad alios sensus per-
tinent, hæc sub aspectum oculorum non cadunt:
at verò sub meritoriam sanctamque operatio-
nem voluntati cordique nostro, omnia Divina,
omnia humana, omnia creata subjacent: modo
velit pia voluntas libertate officioque suo fun-
gi, & fungendo non languere, auxiliaque Di-
vina sibi ultrò semper parata, quin & semper il-
lam excitantia solicitantiaque ad benè agendum,

& æter-

& æterna promerendum, otiosa, & cassa sibi
elabi non sinere. Nisi enim hoc ita esset: nun-
quam Apostolus præciperet: *Omne quodcumque* Col. 3.17.
facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini
JESU Christi facite, gratias agentes Deo & Pa-
tri per ipsum. Non etiam idem ipse repeteret mo-
nitum suum. *Sive ergo manducatis, sive bibitis,* 1. Cor. 10.31.
sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Non item Propheta Rex ad laudandum Deum
provocaret, hoc est laudandi Dei, sibique cæle-
stes opes emerendi, materiam & occasionem fa-
ceret, Angelos, Cœlos, solem, lunam & stel-
las, & volucres cæli, & nubes, & pluvias, & ro-
res, & æstum, & frigus, & diem, & noctem,
& maria, & fontes, & flumina, & pisces maris,
& grandinem, & nivem, & glaciem, & spiri-
tum procellarum, & ventos, & terram, & gra-
mina germinaque campi, & bestias terræ, & de-
nique totum orbem terrarum, cum omnibus
quæ in eo sunt, vivunt, moventur, sentiunt, in-
telligunt.

Jam verò interroget quisque statum suum,
& conditiones statū sui, si rectè & sobriè judicat
omnia (quantū ex ordinatione Dei) in salute in,
in meritum & vitam gratiæ gloriæque æternæ de-
stinata & provisa inveniet, neque ullum alium
præter suam propriam inscitiam ignaviamque, si
illi secus accidat, culpandam esse cognoscet.
Stat enim & stabit semper vox veritatis per Apo-
stolum enuntiata. *Diligentibus Deum omnia coo-* Rom. 8.28.
perantur in bonum salutis, & vitæ æternæ, gloriæ-
que Divinæ. Hoc enim solum est coram
oculis DEI nostri Bonum. I nunc, mi ho-
mo, & ini numerum occasionum, oportuni-
tatumque ordinatarum & servientium tibi,
quan-

(quantum ex Deo) ad salutis profectusque tui bonum, ac simul etiam ini pariter numerum negliguum, omissionem, abusum contemptio numquetauarum, & simul, quod ad ista conse quens est, damnorum tuorum spiritualium, ca lestium, nunquam recompensandorum. Tandem ergo, tandem incipe sapere, tandem ignaviam cæteraque impedimenta tua excute, & da operam, ut tibi omnia cooperentur in bonum, & omnia in gloriam Dei, in salutis tuæ faciaslucrum.

Stimulus V.

Perfectio virtutis bonum desiderabile.

Tanta est pulchritudo virtutis, ut si oculis corporeis cerni posset, omnium oculis ad sui aspectum, omnium animos ad sui amorem raptura sit. Elogium est hoc virtutis ordinem naturæ non transgressæ; datum ob eo sapiente, qui pariter supra naturam, nihil sensit. Sed si hoc Ethnica virtus ab Ethnico pariter judice promeruit judicium, quale par est ut referat Encomium, virtus omni naturæ ordine præcelsior, virtus perfectio que Christiana, ab homine Christiano, ab homine virtutis Christianæ perfectionem professo? Non desiderat Christianus homo virtutem Christianam oculis carpeis subjici, ut eam amare ac desiderare possit; quin potius ob id ipsum ei contemnda esset, quia carnis oculis pateret sua pulchritudo. Habet oculos fidei, habet lucem gratiæ, habet pupillam charitatis, cuius acie penetrat usque ad interiora virtutis, cuius doctrinam de cœlo nobis attulit Incarnata veritas, cuius magisterium verbo, magis autem exemplo exercuit inter nos manens Deus homo. Iste nobis thesaurum absconditum,

iste p
expo
Divin
eam
damo
Pater
empli
Gvo
preti
Christ
super
bili a
more
plicat
boni
omne
bus, &
despic
lam v
hend
desig
& pre
que p
tui pe
tam t
cordi
pias p
H
unive
plexu
infini